



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

Ex paulus ciue[m] rhomanu[m] se fecit. ca. cvj.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Scripturam apostolorum

prestitit eis silentium. Viri fratres ego sum homo hebreus natus in tbarso cilicie. nutritus in hac ciuitate secundum pedes gamalielis: et ab eo eruditus. et fui emulatoz legis sicut et vos et persecutor sum christianos. Cuius rei testis est mihi princeps sacerdotum a quo accepi litteras in damasco. ut si quis tibi inuentus christianos: vincos perducerem in hierusalem. Postea persecutus est quomodo percussit eum dominus cecitate in via. quomodo conuersus et baptizatus ab anania. quomodo post multum circuitus de damasco rediit in hierusalem. Et dum oraret in templo factus est in extasi. et vidit et audivit christum dicentem sibi. Festina et eri velociter de hierusalem quia non recipient testimonium tuum de me. Ad quem ipse respondit. Domine ipsi sciunt quia persequebar sectatores nominis christiani. et in eis lapidationem. quod debet eis sufficere hoc exemplum conuersationis mee. Et dominus ad eum. Vade quoniam iam ad nationes mittam te loquere. quasi diceret. Hec propter hoc credet tibi iudei. ideo mittam te ad gentes que tamen loco quam animo a iudeis sunt longe.

Quod paulus ciuem romanum se fecit.

Capitulum. CVI.

Inquit usque ad

hoc verbum in silentio audissent eum iudei. audito quod destinatus esset gentibus. unanimiter vociferati sunt proicientes vestimenta sua. et puluerem facientes in aera per magnitudine tristitie. quasi furor exprimeret dicentes tribuno. Tolle de terra hominem huiusmodi. Non est enim fas eum audire. Et iussit eum tribunus induci in castra in turrim sceleris illa que dicebatur antonia. et agrippia. et ce di flagellis et torqueri. ut ita non occideret eum tormentis eius satiatum. Et cum astrinxissent eum loris dicit paulus astanti centurioni. Licet vobis flagellare hominem romanum idem natum. id est de nullo reatu ordine iudicario conuictum. Quo audito accessit centurio ad tribunum dicens. Quid acturus es. Hic homo ciuis romanus est. Et accedens tribunus ad paulum quaesivit ab eo an romanus esset. Et confessus est. Et ait tribunus. Ego multa summa pecunie hac ciuitate emi. Ego inquit paulus in ea natus sum. quia pater meus ut paratum est

antequam gigneret eum. comparata sibi gratia romanorum: ciuitate romanorum donatus est ab eis in se et in hereditibus suis. Et statim discesserunt inde qui erant eum torturi quia timuit ut tribunus audiret quod esset ciuis romanus.

De scilicet oratione iter iudeos ex industria pauli.

Capitulum. CVII.

Postero autem die

volens scire diligentius causas accusationis pauli soluit eum et iussit conuenire sacerdotes ad consilium. Et perducens paulum statuit eum inter eos: et cepit paulus palam loqui consilio. Viri fratres inquit. ego omni conscientia bona conuersatus sum apud deum usque in hodiernum diem. Et statim princeps sacerdotum ananias precepit astantibus ut percuterent os eius quasi impudenter gloriaris. Ad quem paulus. Percutet te deus paries dealbare. quod dicitur. Vindicabit in te deus operata. quia cum sedens super cathedram moysi quasi finem legis videris iudicare. et iudicas contra leges. quia cum me reputes blasphemum non me iudicas legis ordine. qui precipit blasphemum extra castra educi: et educum ab omni populo lapidari. Vel forte perbetavit paulus de abolitione sacerdotum iudeorum dicens. Percutet te deus. quod dicitur. Destructus te deus et sacerdotum tuum. sacerdotum. i. iudeorum. Tunc qui astantes dixerunt. Summum sacerdotem dei maledicis: Tunc paulus ait. Nesciebam fratres principem esse sacerdotum. reuera si hoc scire: et essem. Scriptum est enim. Principem populi tui non maledices. Vel quasi mystice ait se nescire. id est sacerdotum iudeorum reprobatum esse. quia licet nouerit hunc non esse vere principem sacerdotum: in temperate respondet. instruens alios ut modestius se haberent erga priores suos. Tunc timens paulus imperum iudeorum excogitauit quomodo moueret scilicet in inter eos. Et cum presentes essent pharisaei et saducei: coram omnibus professus est se esse de secta pharisaeorum ut ita conciliaret sibi animos eorum. et eorum beneficium euaderet manus aliorum. Et cum professus esset. facta est dissensio magna inter pharisaeos et saduceos.

Quod dominus confortauit paulum.

Capitulum. CVIII.

Perurgentes qui

et saduceorum. pugnabant pro paulo

R 4